(3) *In reticendis iis, quæ in Judicio acta, & ab ipſo in protocollo deſcripta ſunt* : Etenim talia divulgare multa incommoda ſecum traheret, ſi captivi amici, cognati, aut alii, quorum intereſſet, reſciſcere poſſent, quid in cauſa incarcerati hactenus judicialiter eſſet actum, quid hic vel ille teſtis dixiſſet ; aut aliud quippiam eſſet propoſitum, aut ſimile quoddam contigiſſet. Inde etiam Imperator Actuarium ad ea reticenda vi præſtiti ſui juramenti obligare, ut ita ſui officii eſſe intelligat, nihil arcani foras effutire aut divulgare.

(4) *In cuſtodiendo protocollo* ; nam finito judicio Actuarii officio incumbit, ſtatim, quando Judex & Aſſeſſores diſcedunt è judicio, libellos iſtos, in quos acta rediguntur, in loco tuto claudere & aſſervare, ne ab alio ſurripiantur, mutilentur, falſificentur, vel etiam mutentur, aut radantur.

ARTIC. CXC.

Actuarius uti ſententias concipiat.

Wie der Gerichtſchreiber die endlichen Urtheil/ der Todſtraff halben/ formieren ſoll.

SOnach laut dieſer unſer/ und des heiligen Reichs Ordnung/ ein Ubelthat warhafftiglich erfunden/ oder überwunden/ und deßhalben ſo weit kommen iſt/ daß die endlichen Urtheil derhalben zum Tod/ wie die vorgemeldter maſſen/ nach laut dieſer unſer Ordnung/ geschehen ſollen/ beſchloſſen iſt: So ſoll alsdann der Gerichtſchreiber/ die Urtheil beſchreiben/ und ungefährlich nachfolgender Meynung/ im Außſchreiben formiren/ damit er die alſo auff den endlichen Rechts-Tag/ wie in dem 94. Articul/ anfahend : Item/ auff obgemeldte/ ꝛc. von Oeffnung ſolcher endlichen Urtheilen geſchrieben ſtehet/ aus Befehl des Richters/ öffentlich verleſen.

AD ARTIC. CXC.

ARGUMENTUM.

Actuarius admonetur, quomodo poſt probationem delicti, ſententia ad mortem condemnatoria, ſit concipienda, ut ea poſtmodum in judicio capitali publico è ſchedula poſſit recitari ac prælegi.